Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26370
Copyright: Admont, Benediktinerstift

scientia scripturarum diuinarum simul et preceptorum celestium obseruantia ac maxime elemosinarum oratione insignis ita ut iuxta legem omnibus annis decimam non solum quadrupedum uerum et frugum omnium atque pomorum nec non et uestimentorum partem pauperibus daret. XXVIII.

Volens autem lari demonstrare diuina dispensatio quanta in gratia uir domini coadberecht post mortem uiuere et cum anima mortem uita sublimis crebris et miraculis patebat indicium tumulatis sepulture ei annis XI immisit in animo firmum ut tollerent ossa illius. Que more mortuorum consumpto iam et impulueere redacto corpore reliquias sicca inuenienda putabant atque in nouo recondita loculo in eodem quidem loco et super parum tumulum digne ueneracionis gratia collocarent. Qui dum se placuisset ut ea ad proprium antistitem suum referret annuit consilio eorum iussitque ut die depositionis eius hoc facere meminissent. Fecerunt autem et sapientes sepulchrum inuenerunt totum cor post quasi adhuc uiuere integrum et flexis artuum compagines multo dormienti quam mortuo similem. Sed uestimenta omnia quibus indutum erat non solum integra uerum et pecia nouitate et claritudine miranda parebant. Qui ubi uidere fratres nimio maximoque timore pecuniosi festinauerunt referre antistiti quod inuenerant quod tum forte in remotiori ab ecclesia loco refluus undique pelagi fluctibus cinctus solitarium manebat. In hoc etenim semper quadragesimae tempus agere in hoc XL ante dominicum natale diem in magna continentia orationis et lacrimarum deuotione transigere solebat. in quo